

spelunca latronum facta est domus ista? **E**t alibi Quid est q̄ seruus meus facit in domo mea scelerata multa? He insup male dictōis illius sit particeps. Ve q̄ opulentis etis in syon ingrediētes pom patice domus Hierlm Amos. vi De quib⁹ Zec. ix. Lyciam eos de domo mea s̄er oppositū bonis iustisq; ecclasticis et domū ecclie fīm rectā regiminis regulā introeūtibus pollicet dominus Isa. lvi. Letificabo eos in domo orōnis mee hic in p̄nti p̄ gratiā et bone conscientie tranquillitatē et in futuro per gloriam et celestis domus felicitatem Quā nob̄ p̄stare dignet̄. Amen.

Finit sermo matutinalis

Sequitur collatio eiusdem sermonis de reliquis duabus dominibus scilicet proprie conscientie et celestis glorie.

Himpiale summum regnum domum fidēter radim⁹ immunitatis egentes si nō eam de decoro errore polluētes violauerim⁹. violata q̄ppe imunitas. imunitas locū n̄ relinq̄t. Violat at eam q̄ eam quocunq; vicio sordidatā assurūt contra prophetatis oraculū domū tuā. domine decet sanctitudo in longitudo dierum. Quis vñq; locus. R. p. dei electior singulariorq; domus fuit q̄. Maria quam si decet sanctitudo in longitudo diez. nullus procul dubio vite dies nulla hora a sanctitudine secluditur. Hoc ipsum pia credulitate confitentes ad hāc domū refugij vñanimes occurramus occurrentes veneremur/ venerates implore m⁹/ implorātes salutem⁹ dicētes. Ave maria. Vade in domū tuā vbi prius

Idcirco transiūm p̄tionib⁹ metaphorisq; predicantes vtrīmur. quatinus noua/minus fastidiat vritetas et cognitis ad apprehendēdā magis ignota subnectet et subleuet. Quia enī nobis (exempli gratia) domus materia/lis sensu quotidianoq; vñi matie cognoscitur. p̄ illius similitudinē quasi p̄ vehiculum aliqd in occultaz̄ rez sc̄z conscientiez glorie cōprehensionē/ facili⁹ eleuamur. **D**e cōsideratio gmouit/ ut post littē

ralē thematis nostrā domū de ea postmo dū p̄ allegoriā tanq; de ecclesia dissenserem multis quidē verbis sed pro rei magnitudine ac etiam dignitate indignissimis et paucissimis. Nunc q̄r in me eadē cogitatio est sicut pollicitus sum de adeūda. ordinanda ornandaq; conscientie domo trā quillior sermo transcurrat q̄ ad nosipso nos reuocet retoqueat atq; reuerberet. Re cto siquidē ordine post incitatiōem ad regimen ecclie de exhortatiōe cōponende conscientie orditur oratio/ q̄r (vt apostol⁹ ait prime thimo. ii.) Si quis domui sue p̄esse nescit/ quomodo ecclie dei diligētiā habebit. **E**isdē vero verbis quib⁹ preceptor meus dñs cameracēsis/ tractatum suū de anima exorsus est. incipe veterū tradit autoritas/ diuinū illud fuisse apollinis oraculū. Nosce teipsum. Inde est illud Juuenalis. Ecce descendit gnoti se. ayton. figendū et memori tradendū pectorē. Hunc cōformis est pers̄ monitio. Tēcū habitavt noris q̄ sit tibi curta sup peller. Et iterum. Nec te quesiuersis extra. Hanc eandemq; sententiā thema nost̄ si ad mores deslexeris insinuat. Nempe qđ aliud est dicere. vade in domū tuā q̄ habita tecum. teq; ipm cognosce. **S**unt itaq; plurimi qui a semet longe peregrinātur/ et vt histriōnum/ parasitorumq; mos est nullib⁹ rariū q̄ in domo prop̄ moram faciunt/ nullib⁹ molestius. Hirabile dictu. Los citius in alia quānis regione q̄ apud scipios reperies/ modo p̄ curias discursant cum adulatōne/ ambitio ne detractione/ nunc inter muliercularū greges voluntatur cum libidine. frequētissime vero inter auri argenti ve cum uilos incedūt/ ductrice cupiditate nauigāt. Maria/ aera preferuolant/ humi repunt prout stimulantiū curarum varietas trā uerlos precipitauerit. Qui apud se si queratur illud habebitur. Rūf. prouer. septimo. Non est vir in domo sua. Horum qui liber ut in domū suā erat nec se deserat/ monendus est per vocem christi salutifēram. vade in domū tuā. At quidā forsitan oppositiōes hominū/ volunt incepta extortaq; appellatiōe domū dici/ immo vide queso q̄aptissima ratione. **M**e ministi opinor quēadmodū philosoph⁹ in polis. libro primo capitulo primo cōmunicates institutur/ diffiniuerit domū

Collatio

prestante ex viri et mulieris sui quoq; liberoz sociali cohabitatoe cōponi. Si cubi autē serui desint/bouē eē posuit pauperibus pro ministro. Et ita ex hac societate/tres ordinat principatus/nupti alez inter virū tyrorē/despoticū et seruilem sup seruū/paternū vel regalē patris ad filiū. Singul' post hec singula tribuit officia. Nolo autē mihi credas si nō omnia hec eadem in hoie monstrauero. Si autorita tem mauis/pro autoritate est Aug. in de spū et aia.c. xxij. Si rōni plus p̄sentis et patrē queris/intellectū offero. qui princi piū origoq; est totius spūalis propagatio nis in anima. Si vixorem postulas q̄lem aptius respondebo q̄s ipam voluntatē q̄ inseparabilis socia est et indiuidua comes intellect⁹/sine quo voluntas/ inualidi nullus ve consili⁹ est. et nisi vxorio federe se cum misceat/ infecunda prole/ sterilisq; p̄manet. Prolem nūcupo/affectuū cogi tationūq; veluti totidē filiorū propaginē Seruos vero in promptu monstrare est qnq; sensus ipsos. Circunspece neq; bos deesse iudicabitur si brutalis indomitiq; corporis naturā attenderis. His intellectis non opossum erit in homine tripli cem assignare principatu Voluntatis et intellectus adiuvicē nuptialis est. Volūtatis et intellectus sup actus suos/ pater nus et regalis. Amboz sup sensus et cor pus despoticus et seruilis. Vides vt su spicor zante oclos tuos positū habes. q̄s decentissima similitudine. hoī dū ad sui cognitōem mitti/dictū erit. yadei domū tuam. hoc dicere est. Neipm rege. co gnosce atq; recogitās iugiter p̄sidera Ula de inquit et officiū quod vniuersiūsq; p noiatorū propriū est/non inaniter ereq; re Scueris quid patrē iubere/q̄ pacto ro re p̄suivere oporteat. qualiter p̄creare libe ros. seruis impare dñm/hospites suscipe conueniat. Et in principio siquidē ad materialis exemplar/ spūalis fabricanda domus est. atq; vt in basso hūilitatis col locetur tenenq; est mererī illud. Boetij preceptū. Humili domū memēto cer to figere sato. Quāvis tonet ruinis mi scens equora vētus. Tu condit⁹ quiete fe lic roborevalli. Duces serenus euū ridēs etheris iras. Item tragicū illud in hypo lito. Non capit vñq; magnos motus hu milis tecti vel plebeia dom⁹ circa regna to

nat. Et rursus in hercule furente trage dia p̄ima. cuius titul⁹ ē. b. f. metro secun do. De mea tellus lare secreto tutoq; te gat. Cetera seder sordida parue fortune domus Tale sibi fabricauerat nauta ille in ops. sed securus anuclas de quo Lucā? Rectorē dominūq; ratis secura tenebat. Hand procul inde domus recto vallo ro bore fulta. sed vñico sterili cannaq; inter ta palustri. Sequit⁹. Securus belli pre dam civilib⁹ armis. Sic nō esse casas o vite tuta facultas. Paupis angustiq; la res o munera nondū. Intellect⁹ deū. In tali p̄terea vitā egisse ponit valeri⁹ li. viii ca. i. ipm aglaum sophodū quo q̄uis ar chadie esset pauperrim⁹ apollinis tamen respōso gigilido ⁊ regi opulentissimo in felicitate platus est. Et respondit mag⁹ se probare securitatē ridens tuguriū q̄s tri stem curis et solicitudinib⁹ aula; Nunq; d̄ banc in habendis edib⁹ modestā humili tam cesar augustus tenuit. qui dom⁹ suam eo q̄ paulo eminētior esset alij⁹/ co equavit. De hoc Quidius in de fastis li. vi. Nec paruū hui⁹ rei nobis Ap̄s reliqt exemplū. q̄ nō marmoreas dom⁹ sed hū le p̄scipiū sua natūritate illustrauit. Quā obrez his admonit⁹ obseruatū habeas se curā tibi ipsi tranqllāq; hūilitatis domū p̄struere. Qui enī altā fecerit domū suam querit ruinā. prouer. xvij. Rō. q̄ n̄ si dñs qui tñmodo hūilia respicit edificauerit domū. inuanū rē. Post extrectā hūilitatis domū/ cura restat precipua/ ordiare familiā/ ne dom⁹ sit/ in qua nullus ordo sed sempitern⁹ horror inhabitat/ fugiēda q̄s om̄ibus modis a domo discordia fm p̄thagoricū sententiā/ cuius meminīc Neroni. in ep̄la ad rufinū. Ad qd retorq; ri p̄t illud Arest. enigma ibidē positum/ byrundinē in domo nō suscipiendā/ id ē garrulā loquacitatē. q̄ effectrix est iurgio rū. Subinde vt voluntatē intellectus doceat quasi maritus sp̄sam necesse est/ quatin⁹ ea appetat q̄ recta sunt/ adhibeat modū desiderijs/ et se incōsulto velit nihil. Semper memineris/ nō ob aliō egregiam Ade domū miserabili ruina deiectā/ q̄ p̄ v̄x̄ p̄cupida fuit/ et voluntas p̄ceps/ teme res sine intellect⁹ cōsilio pomū risu decoꝝ p̄ripuit. Porro/ obuia caute/ ne rito sa sit voluntas. ne aut sumo dom⁹ abundet aut stillicidijs repleaf. Alioq; abeūdum

tibi est/mibi nō credis/dicenti hoc sapiēti fidem presta. Quid sumus si petis nīsi ignorantia oculos intellectus p̄stringēs. quā circūseptus vix secūz habitat fugit se potius & horret veluti quandā moriū imāginē. Quod Geneca exp̄ssit dices. Quid sine litteris mors est & viui hoīis sepultus. Dehinc qd p̄ stillicidia/nisi labiles instabiles q̄ cogitatōes accipim⁹ quib⁹ era gitatus intellectus/ad seipm rediret in se ipso consistere neq̄t. Rixosa vero mulier est voluntas improba & que in sensualitate naturā pene degenerat. Nec assiduis malaz cupidinū stimulis vexat intellectū/ cundēq̄ volitionuz ac nolitionū mutuo altercantiū lūtibus inq̄erat/vult calcatis spōsi legib⁹ impare prout liber. Intonat q̄ illud satyricū. Sic volo sic iubeo. sit p̄ ratōe volūtas. Quid agat tūc intellectua lis sensus/reclamet nō exaudiatur/ preci piat nō obediē & obiurget acerbius sono remorsu conscientie feriet. Quid igi⁹ reliquā ē nīsi semet e domo prēripe? Nihilominus p̄sistendū est viriliter. videbis furore voluntatis sedato/ ipam dare victas manus/lugere cōmissum. veniā vltro imp̄cari. Et q̄uis recessum pares/ sponte reuocabit ingēs illō creusead Eneā: hāc primā tutare domū Eneid. ii. Ita tñ nisi obstinata sitac in reprobū sensum data/ tum etiā monenda est/tum coarguēda/et netalia p̄sumat in posterū legib⁹ coerenda. At altera sup̄est intellectui sollicitudo/seruos p̄scere. & nequādo dñationē usurpent/studiosissime puidere. Itaq̄ ef frenes sunt cōtumaces sunt/ ingratisimi sunt/cōfēstum vt dñm suū eis bēnuolum indulgentēq̄ senserint/exiliunt. Repente dñm propriū discerpūt vt canes sui. Detamor ph. iii. atq̄ eū indignissima tyrāni de premūt/verūq̄ experie illud sapiētis. Qui delicate a puericia nūrit seruū suū. postea sentiet eū contumacē. Brouer. p̄xix. Et ibidē Inimici homis domestici eius. Quāobrem eos si renitētes sint/bonarū cōsuetudinū arceat cōpedibus et inertes assiduis exercitatōnū verberib⁹ vrgeat. Quotidie insuḡ semel & ampli⁹/ p̄cipue hora nocturne quietis/cum te lectus suscepit/ponat intellectus cum eis quasi cū suspectissimis disp̄fatorib⁹/rationem Nullū hoc precepto salubrius/ nullū viro p̄serrit p̄piano efficacius/potest esse

Quod secum se facere solitū/ ipse Geneā. iij. refert de ira. Interroget intellectus in tribunali mētis sedens a singulis/ cursic aut sic/tali in loco/ tali in tempe geserint cursic viderint/si caudierint/terigerint/ locuti sunt: Puniat mala p̄ timorē carnificem/p̄ increpatōez errata corrigat/p̄ amorem bona coronet/ & quid deinceps age/ re a quib⁹ subtrahere se debeant. itaq̄ & iterum vchemētissime cōmoncat. Ita dū ad teipm nocte saltē redieris verifice il lud Virgilij Eneid. vii. Ipse domū sera/ q̄uis se nocte ferebat. Hoc pacto tecū ml̄ta loq̄ris vt p̄cipit. n̄ canē ne male loq̄ris. Hoc modo apud te corā deo causam tuā ages accusator tui severissimus. Idemq̄ verax testis & index equissimus. Ages autē hoc vigilātori sedulitate si auribus tuis semp̄ insonare putaueris illā vocē/p̄phete ad Ezechiam. Dispone domui tue quia morieris tu & nō viues Isa. xxviiij. O q̄ uilis prorsus recordatō. & q̄ in prospēris simul & aduersis/hominē sancto timore pauidum. & quod amplius est libērum efficiat/et mundi cōtemptorē. Facile inquit Hiero. cōtēnit omnia. C. O q̄ felix somn⁹ iste erit altus liber & traquil lus/post huiusmodi recognitōez sui. Anima itaq̄ tanq̄ in sinu iaceat dei. secura p̄sistet/reiectis fedorū demonioz amplexibus Nam totiens inter abominādos amplexus diaboli anima dormit. quotiens peccati mortalis consciā impenitēs reque scit. Demane vero intellectus/ipsam oculatissimā p̄udentiā cum memoria in speculam mittat. que diligenti prouisiōe ac solerti omnia occurrentia examinet ac q̄ denūciet. ne quid inopinatū ne qd suabitū/nequid impremediatū surrepēs cōtuberat/aut ne p̄ insciētū vtilia p̄termitat. Porro ipsi voluntati quā spōsam hominis in domo posuimus/ hec obseruanda erunt. fides thori/et castitas intēgerrima/cōsideratioz semitaz dom⁹ sue prout inter mulierē fortis p̄ econtra a Galomone positum est. Suspectos babeat omnes tentationū malarūq̄ cogitationū introitus/cetus adulteroꝝ atq̄ latrunculorū insidias. Si pulsauerint fores si fēnestrās impulerint/configuat illico ad intellectū/et eo inscio et inconsulto/nulos suscipiat Si alloqui blande ceperint/ob surdescat. Sirenes sunt/suā cātu sopiūt.

Collatio

ut demergant/si suos petat amplexus/ci
to reuictat.latronū morē gerunt:amplexā
tur ut perimāt. Si blanda frōs et suavis
pretendit/nō confidat/arrident ut irride
ant. Si promissa promissis accumulent
nō credat. Quotidianū est puerbum.ma
gni sponsoris/rara ut plurimi fides est.

Ceterū si fallaciter sensimq; obrepe aut
vi palam irruere conetur bmoi temptato
nes/a se cōtinuo virili aiositate aut depel
lat aut diro vultu et acribus verbis incre
pet dicens. Seorsum vos malignissimi se
ductores nil mihi robiscū. Abite hinc,p/
cul cū dolis vestrī/vestrīsq; fraudib;.qm̄
intus vos et in cute noui. scio certe qd̄ qri
tis meā quippe,pstitudem/meā infamā
meā deniq; mortē. Et hec ego patiar mi
sera/non faciā hercule/nō vobis assentia
Quāobrem auolate celeriter/aliā querite
si potestis/quā vestra blandimenta et male
suasaverba/illaqueent. que vestris credu
lasit lenocinij. Ne interim sinit. quia
nō sum quā putatis.aut que vestro digna
sum ludibrio. Hac et simili voce vtat vo
luntas sponsa/aduersus temptatōnū ma
larūq; cupidinū insultus. Lauseat ne eoꝝ
vinculis seligari aut māib; preendi sinat/
vel facibus succedi. Obnitaſ totis cona
tuū neruis/imperui p̄rio. memor tragicī
illus in hypolito. qui blandiendo dulce
nutriuit malū. sero recusat ferre qd̄ subiit
iugū. Sciat p̄terea q; femina/mollit et se
miplene negans/petere docet ammonet
Felicitissimā prorsus voluntate dicerim. et
beata glorioſaq; prole secundā/q; se fornī
carib; bmoi suggestionib; nō immisce
rit.infelicissimā vero si talib; se ipsaz expo
suerit p̄stituendā.q; infaustissimos mon
struosissimosq; et vipereos peccatorū fet
gignet/in parentē suā armatos. sicut leo
ne supbie/luxurie porcū/canē inuidie/et
ira de similib; p̄ que cruciabit/lacerabit.
perimeſ. Ad ultimū corpus tuū qui es
ferus bos est/domab. p̄uidebisq; ne ocio
torpeat. Maligne nature est/abunde sua
interq; pastus recalcitat. Impinguatus
excurit ingū et vehiculū. sessorēq; deſicit.
Siudistis qbus studijs dom⁹ p̄pria regē
da est/qui ex exercenda disciplinis. quan
q; fastidij timidus multa preterea. Hunc
qd̄ extra te vagabūdus incidis? Precur
re prior in domū tuā. Eccl. xxiiij. et temet
a cōmuni hominū stulticia exime. de qua

Pierōn.ad Sabinianū Solemus mala
domus nostre scire nouissimi/et liberorū
atq; piugū vicia/vicis canētibus ignora
re Ita est/alienē dom⁹ curiosi sum⁹/negli
gentes nostre Vicia idcirco nostrā vltimi
ognoscim⁹. hinc irridemur. hic nob plaz
cētes. fabula pplo et risus efficimur. Quo
cōtra bene iubet persius (vt premisi et re
peto) Tēcū habita. et noris q; sit tibi curs
ta suppeller. quantū scz a virtutū posselli
one vel perfectōne deficit. **V**ade igitur
in domū tuā et cum paralitico surge per
cōtritōem. tolle grabatū peccatorū. p̄ cō
fessiōem et per satisfactōem In domo tua
vigilans.oransq; permane. illic expecta.
et cū aduenierit dñs p̄festim agias ei Sto
inquit ad hostiū et pulso. si q; audierit vo
cem meam et aperuerit mihi ianuā/introi
bo ad illū. et cenabo cū illo. et ipse mecum
apocalipſ. in O miserrimū te. si abierit. si
nō tanto hospiti festinabūdus occurrit
si nō inuitaueris dicens. Mane nobiscuz
dñe qm̄. et c. Hec modo inuites/sed violen
ter (vt sic loquar) trahē. verecūdus enī ho
spes est/vult compelli. **Q**uo īintroductō
serui certatim domū exornent/nulle regi
antur irarum aranee. nullus cupiditatis
puluis/nulle caninaz rīcarū aut curarū
mordaciū/clamores audiātur. **S**tryor
tanq; vītis abundās in laterib; dom⁹ tue
cū liberis tuis/bonis scz affectōib; in oc
cūsum culta festiuag; pcedat. **S**ternat
domus tapetis bonarū cogitationū/virē
tibus herbis bonarū opationū spargat.
et omnibus deniq; sanctoz desiderioz flo
sculis pulcerrime distinguat. Ponat men
sam pietas/autoritatiā sellā obedientia
focum caritas accēdat/ministrēt fides et
delabru. et lectum contēplatio substeruat.
lūnteamina vero vt pura sint abluantur a
contritōne. a confessione ventilanda aerī
exponātur/quosq; demū exiccatib; satissa
ctio. Nec omissum sit illud quod de pale
mone et baucide/deoꝝ hospitib; Haſo ait
Detamor. vii. Sup omnia vultus access
sere boni/hilarē enī datorē diligit deus. in
Corin. ix. Rependet nō dubitavīcē deus
ab eoꝝ audies. Hodie huic domui salus
facta est. Luce. xix. Q; si verecūdū te ex di
uitiaz carentia prospererit/compellabit
te īisdem vocibus quibus euander. **A**neā
Aude hospes cōtemnere opes et te quoq;
dignū finge deo. Que ista dignitas. R.p.

quanta sublimitas esse hospitē diuinitas? Ita sit tamē si domū nostrā nō defuerimus si attēto studio excoluerimus. q̄ nec gentilis poeta siluit statī thebaicō. vii. Nulli cōmissa metallo/ forma dei. mē res habitare et pectora gauder. Propterea patris sapientia xp̄s Ihs cui⁹ delitie sunt esse cū filijs homīn. Tāp. viii. Unūquēq; nostrū hodiernis verbis hortat. monet. u/ perat. vt parat⁹ sit et eoz que extra se sunt curā deserat superflua. Vade inq̄t in do/ mū tuā quod fuit thema. Admonere pu/ tes xp̄m/ quid stas scrutāsy illas et rūs/ eri/ pete velociter et vade. i. Reg. xxvii. Vade pacifice i domū tuā. Quia sicut avis trās/ migrans de nido suo varijs piculis expo/ sita est/ sic vir qui relinqt suū locum. Pro/ uerbio p. xxvii. Scđo qđ stas periturus/ tuam pete alacriter domū. Deuter. vi. De/ ditaberis sedens in domo tua. quēadmo/ dum helizeus sedebat in domo sua. Se/ dendo enim et quiescēdo fīm phm/ anima/ fit prudens. Quidāvero nō in domo sed in monumētis manent. Luce. viii. qz in/ ter obscena viciorū cadauera volutātur. Tertio quid extra stas te visurus domuz/ intra sagaciter tuā. Exodi. xvi. Maneat vniusquisq; apud semetipm nullus egre/ diaf de loco suo. Nec tanta de domo mo/ rali hominis p̄cepta sūt.

Nunc de adeūda iuxta anagogiaz/ in beatifice dom⁹ habitatōne/ quar/ tam et hāc supremā orōnem texu/ ri stilum admouim⁹. et eam finire patimi/ ni precor/ finis est/ equanimis tolerate/ Vade in domū tuam. Homo viator. ho/ mo terre incola/ homo qui pegrinans nō/ habes hic compositā ciuitatem vel domū/ manētem/ sed futurā inquiris. Eya rum/ p̄ memorā. fugam p̄cipita/ non in via termi/ num nō rapidis in fluctib⁹ portū consti/ tue/ properat cursu vita citato ait tragic⁹/ soleq; in occasum volucr ruit/ et negligis/ tu tamen diffimulas/ et medio in itinere/ stratus iaces. ybi si te vicina dire mortis/ nor/ occupauerit/ hercule peristi. et de te tua/ qz salute actum est. Age cur cessas? Qua/ re fessi debilitatiq; viatoris instar lento/ vadis. Sed agnosco. paraliticus es. et/ dum niteris surgere/ in molimine primo/ relaberis. Tui equidē pars viuax est/ par/ tem humor nūnius carnalitatis paralysi/ mortificauit. Numirū si progredi nō va/

les/ tractus ad varia et tibi met oppositus/ Vult inquit sapiens/ et nō vult piger. Hā/ dum viuida pars voluntatis diuinorū ca/ pac/ sursum erigitur. a parte sensualitatis/ emortua deorsum trahit. et in ipso conatu/ humi. p̄clinius deprimit. Rotatē compa/ tionem Virgili⁹ quinto eneid. propriissi/ mā. Quali sepe vie depresso in aggere/ serpens. Era quem obliquū rota trāsijt. aut grauis ictu. Seminecē liquit saxo la/ cerumq; viator. Nē quicq; longo fugiens/ dat corpore tortus. Parte feroc/ ardēnsq; oculis/ et sibila colla. Arduus attollens/ pars vulnere clauda/ retentat. Flexantē/ nodis/ seq; in sua membra plicantē. Hec/ ille. H̄perādum tamen est tibi consule/ et plena fide ante xp̄i pedes expositus. spi/ ritualez ideoq; nequissimā paralysim mi/ tigari pete. Utēni liberari penitus/ nō est/ presentis vite. nisi quib⁹ rarissime admo/ dum cōcessum est. Hēc exurge dupli/ ci amoris timorisq; stimulo p̄fossus. spe/ salutis hilaris. et alacer caritate ac vade de/ virtute in virtutem/ donec videoas deum/ deorū in syon/ que domus est beatitudis/ sempiterne. Atuero fortassis ut verbo/ Boetij utr̄ velut ebrius quo tramite do/ minū reuertaris ignoras/ quo duce iter ar/ ripias/ et ad supremū qualē in domo quā/ queris conuersatōem habiturus existas?/ Nescis vero horū trium noticiā. si nō pi/ geat aduertere pauc⁹ edocebo. Et q̄uis/ non alienū a proposito esset lactantij ver/ ba ponere/ sexto institutionū de limite/ bi/ no/ salutis et interitus/ cōmodius reticere/ iudicans. Hoc moneo ut verū ducem et/ ynicum habeas deum/ quem ad modū de/ populo israelitico in promissionis terrā/ proficiscente legitur. qđ dominus sol⁹ dux/ eius fuit/ et propheta insinuās ductoris/ huius utilitatē postq; dixerat. Domine in/ voluntate tua deduxisti me/ subiungit/ et cum gloria suscepisti me. Ilius quidem/ ducere est ad quem spectat eterne domus/ glorie. Hoc duce carpe viam/ nō quāli/ bet sed quā propheta nō modo iuisse/ ve/ rum etiā cucuruisse gratulabat dices. Viz/ am mādatorum tuorū cucurri/ cōformi/ ter ad sequens iussum christi. Si vis ad/ vitam ingredi serua mandata. Math. xix. Ab hac via q̄s quis aberrauerit duce abie/ cto/ per abrupta viciorum/ per lubrica/ p/ petrosa/ per tenebrosa/ in iniuria. et non in/

Collatio

via laratur. impingitur. in baratri fceps ad ultimū deicis. ab illa domo q̄ lōgissi
meraptus. de q̄ precipit xp̄s dicens **Vade**
in domū tuā. **U**el si quo pacto via mā
datorū pagrabitur. si nō agnoscet? **Q**uē
admodū cognoscet nisi pscrutet? **Q**ualis
ter deniq̄ pscrutabit nisi scripturis hu
iustimodī mandatorū exp̄ssissimis anim?
accōmodeſ? **Q**uābrē propheta in psal
mis plurimis/tamen singulariter in illo.
Beati immaculati in via. alio nihil agere
videtur q̄ aut orare ī ūlectū vt discat mā
data sua. aut beatos appellare q̄ mādata
eius scrutatur et exq̄runt. **U**nde beatū vi
rum descripturus primū opus tam p̄cla
rissimū posuit q̄ in legē domini ūitrolū
tas eius meditabī die ac nocte. **E**t alibi
Beatū homo quē tu erudieris dñe. et de
lege tua docueris eū. **Q**uis error. immo
quanta dementia ecclasticoꝝ pegrinoꝝ
in domū beatitudinis (vt aiunt) vadenti
um. qui ob lucrosas adiunctiones homīm
mandatorū dei pscrutationē despiciunt?
Apid quos nō animaduertit et animad
uersa cōtemnitur christi autoritas dicen
tis. **S**ine causa colūt me/docentes man
data homīm et doctrinas. **M**ath. xv. **R**e
spondeat velim ecclastici viri/sacre scri
pture desertores/q̄lem sibi in sua pegrina
tione viā delegerint. **S**i seipſos suam
q̄ prudentiā. fallūtūt. sapiētis dogma re
linquentes. **F**ili ne innitaris prudentie
tue proverbioꝝ. iij. **E**t ibidem. xiij. **E**st
via que videſ homini iusta. nouissima ei
dicūt ad mortem. **S**i ceterorū adiunc
tiones homīnū consecutātū/parū prude
ter/ne dixerim insipiēter agunt. **N**eꝝ enī
leges aut humane traditiōes quecūꝝ ad
p̄spiciendā domus eterne viam sufficiunt
Alioquin aliā frustra daret legē deus/hu
mana ratōe superiorē. **A**ffirmo qui oppo
ſitu asserunt errant. et in pelagianā heret
sim palam incidūt. **O**xi quis diu solerter
q̄ indagauerit quātam de via mādatorū
dei noticiā obtineat. tales solis homīm ad
iuentōnibꝝ pscrutādis dediti/de fide/
de peccatorū distinctōne et quantitate/ſi
ue de beatitudine et ceteris/puto mecū in
immo cū veritate assentiet. **S**i viā mā
datorū dei vt debēt erigūt/ reddat nobis
rationē/cur nō ea pscrutātur potusq̄ hu
mana. **V**ani homīes promptā in ore ha
bent ex Oratō respōſionē. **O**cives cives

querenda pecunia primū/virtus post nu
mos. **H**ancē insup alta mente repositū il
lud Aristo. **D**elius est paupem vitari. q̄
philosophari. **V**oces iste. R. p. nō ecclias
sticorū sunt/sed agrestium homīnū/terre
nisq̄ inhabantiū. **A**sto excusat quosdā ve
cuncq̄/paupertas. **N**eꝝ enī om̄es damna
mus/theologīa nō studentes. vt mercato
res. artiū mechanicarū artifices. Itemq̄
alios plurimos. **S**ed interrogo qđ eccl
asticus respōdebit: qui benefīciis copio
ſed icatus est. aut q̄ aliunde dines/benefī
ciari desiderat: qđ religiosi amplissimis
reditibꝝ locuplerati: quid postremo om
nes quos alia vīgens decētior occupatō
nō detinet/quorū nō est tantūmodo se ſz
alios in viam mandatorū dei deducere?
Et cum ratōem afferre enī fuerint an ta
lis sit que eos graui culpe non cōdemnet
ipſi viderint/fateor nō video. **H**oc vñ vi
deo/tutius ſalubrissq̄ et viris ecclastis
cis dignius esse theologie ſtudiū atq̄ abs
q̄ ſuſpirōe cupiditatī modice fidei et p̄
ue ſpei remoti. **E**t certe/alia nulla vt iſta
ſcientia/est homīnū directua incitatiua
q̄ ad ſanctos mores/victorū coercitiat
ad ſuā felicitatis domū cōpendiosiori tra
mite perductiuā. **N**on aspernandū eſt teſ
timoniū. **E**cclast. xxiij. **Q**ui opantur in
me/nō peccabūt/qui eluidant mevitam
eternā habebūt. **O**diū ergo et raritas per
ſcrutantū legem dñi/ ſignū eſt paucitatis
ſaluandorū et modice fidei/in multis ec
clastis rectoribus. et nō tantūmodo ſi
gnū ſed cauſa etiā. **Q**uo p̄tra hoc inter
grande ſolaciū eſt abiectionē et inopie theo
logorū/q̄ ſalutis viā noſcunt q̄ dñi duce
affidue in viā pegrinatōnis ſue loquentē
audiunt. **V**etus nanq̄ Laberj prouer
biū eſt in ſaturnalibꝝ a macrobīo poſitū
Comes ſacūdus in viā p̄ vehiculo. **E**t q̄s
eſt deo in ſacra ſcriptura loquente comes
ſacūdor? **E**t hoc nō parui existimabat ſa
piens. **S**apiēt. viij. **E**rit allocutio co
gitatōis et redij mei. **E**t infra. **I**ntrans in
domū meā requiescā cum illa. **N**on enim
habet amaritudinē cōuersatio eius. **T**er
cetq̄ ſpreclarā homīnis laus eſt q̄ veſ
redicere poſteſt apud ſemetiū pro laude
ſua illud quod dicere luciliū. **T**eneſa mo
uerat de naturalibꝝ questionibꝝ lib. c. **E**go
liberalibꝝ ſtudijs me tradidi q̄uis paup
ertas alias inuaderet et ingeniu obduraret/

vbi p̄sens studij precij est ad gratuita carmina deflari me ad salutare studij me cōtuli. **I**ntellexisti arbitror qui tibi in tuam felicitatis domū vadenti dux sequendus est quia dñs solus nō mūdus qui cōcūs est. nō diabolus fraude plenus. non brutalis appetit pessime lascivias petulans atq; dissolutus. **A**duertisti preterea qualis via vadēda tenendaq; est. qz man datorū dei. nō via hominū humanaꝝ ve adiunctionū. **F**elicē te si credideris me autē in dño gloriabundū si orans exora uerim. **O**si effeci magna documētoꝝ fa scē liberatus sum. Nam de reliquis modo videlicet ambulandī. de hospitiū societa tisq; electōne. de vie tolerantia et similib; scrutatio mādatoꝝ dei te reddet prouidū sagacem doctissimū. **N**ostrem illō vñū de domus in quā vadis conditōne p̄ sua sum habero. Illā nisi auro gēmis veradi antib; sed materie celestis p̄ciositate esse compositā. **L**uius incole nō gule nō voluptatibus carnis ve illecebris vacat. **E**cce nūm dom⁹ talis porcorū es et nō hominū. **C**ur ita quia homo qui dicit prestātissimā hominis naturā eam supra porcinos affectus nō collocat neq; nobilitat. **Q**uo pacto? **Q**uia si vocē porco prestiteris nō aliud ab istis p̄ summa iocunditatē req̄ret. **N**ialis ergo beatorū felicitas est: sanctissima proslus iocundissima et dignissima que in opatiōe optima optime potentie respectu obiecti optimi que de' est reponitur. **Q**ue operatio optima est: **L**o tempa tio diuinitatis intuitiva cū quietatiua ei⁹ fructiōe. **Q**ue optime hois potentie: **In** tellectus et volūtas. **Q**uā obrem: **Q**uia ip se nos sup bruta sole eleuāt et dei capaces efficiunt. **Q**uid de potentijs sensitiūs. **N**ū quid saltem ipse voluptatib; p̄fuerit pro prijs in obiectis? **M**inime. **Q**ue ratio? **P**rius enī aquā ignis copulabis et incom possibilia chimere mēbra cōpones. qz cū voluptate felicitatē consocies. **Q**uare sic: **G**ustato quippe spiritu desipit om̄is ca ro. **Q**uare necesse est supiorū potentiarū delectatiōem illā que inferior est extingue re qm̄ in eis ex supiorū felicitate incom pabiliter amplior qz ex eorū obiectis pro prijs accrescit iocunditas. **E**t quovideri potest maiore esse delectatiōem in sensib; beatorū qz sit dolorū acerbitas in corpe damnatorū. **I**n hoc autē loco grauissi

me inculpādus est. **A**nicēna qui. ix. meta p̄bi. sic ultime posuit qz sapientib; theo logis multo magis cupiditatis sit ad cō sequendū felicitatē aiarum qz est cōiuncta prime veritati qz corporū. **A**b illo tamen porcino machometi sui paradiso nō seq; stravit sententiā. **L**e autē interrogovir di sciplinaz ph̄ica eruditōe plenus. si hois immortales esu et potu delectabūt in ore **F**ateris. **E**surient ergo et sicut necesse est et tāto intēsus quāto eis intensiores tri buis delectatōes. delectatio enī p̄portōna tur appetitui. **Q**uod si ita est comedere et bibere ampli⁹ cōueniet. **V**entres idcirco incompabiliter capaciores et turgidiores qz nūc habere fieri qz sine terminatiōe au gmentū ad qd ordinat̄ comestio. **E**t pudet et dicam/egestiones insup fetulentiori cu mulo in illa beatitudinis domo cōgerere oportebit. **D**enuo. si virgines plimas habet vñus vir. cur nō plurimos similē viros mulier vna? **Q**uesi generēt: immoderatissime erit filiorū procreatō. **S**i a generatiōe vacant. pari modo a libidinosa copulatiōe. alioquin illic et nature ordo querteret qz ex illa exigit copula/ generatō nem et impotētia sue virtutis generatiōe cōincidit que appositis omnibus ad generatiōem futurā sufficientib; illic suo ca ret effectu. **P**orro reprobatōe indignū iudico/ qz angelorū felicitatē/ in coquoz pincernarū et prostibulorū scortorūq; officia redigitis. **Q**uanto rectius est hois ad simile angelorū felicitatē sublimados asserere cū christo dicēte/ in resurrectōe ne qz nubent neq; nubent. sed erūt sicut angeli dei. **D**ath. xii. **E**t vbi inq̄es erūt sicut angeli? **I**n illa equidē beatitudis domo ad quā pegrinatio nostra tendit/ ad quā nisi infelicissimi sumus et in mala hora progeniti/ totā vite labentis viam totā anime intentōem ordinam⁹. ad quā inuitat xp̄s quēlibet qui salutē affectat suam. **V**ade inquit in domū tuam. qz fuerūt. et cō. **I**n qbus verbis arbitrēt quilibet xp̄m ad se sermonē hunc dirigere. vade citius ne torpesce. vade letus ne pauesce per salutis semitas. **P**ro primo. primi Regū. iij. **F**estina velociter ne steteris. **E**t puer. vi. **V**ade o piger ad formicā et considera vi as eius et disce sapientiam. vt videlicet pigratiam ignauiamq; deuites. **P**ro altero imitare philippum vel eunuchū qui ibat

Berimo in solennitate

gaudens p viam suā. Actu. viiiij. Et p̄bē
tam audi canentē. In domū dñi letantes
ibimus. Deinde scđo. In domū hanc
accelera. In domū hanc p̄p̄ra. vbi nulla
calamitas. In illā itaq̄ domū cui⁹ si nos
men petis r̄nder Jacob Gen. xxvi. Nōmē
loci illius dom⁹ dei. Et. xviii. eiusdez Ue
re non est hic aliud nisi dom⁹ dei et porta
celi. Si eius conditōes prequiris. opulē
tissima est. in ps. Gloria et diuitie in do
mo eius. Rursus speciosa est Ob hoc ps
Dñe dixerū decorē domus tue Porro lau
dibas insonat. in ps. Beati qui habitat
in domo tua dñe. tc. Deniq̄ omnē homi
nis appetitū pfecta satierate delectat. In
ps. Inebriabūtur ab r̄bertate dom⁹ tue
et torrente voluptatis tue potabis eos. Et
iterum. Replebimur in bonis dom⁹ tue.
Finaliter tertio tuaz pte mansiōe. tu
am pte portiōem que est felix paternitas
vt sc̄z mansiō tua sit in domo eterne retr̄
burōnis cum psal. Unā perū a dño hanc
requirā vt inhabite in domo domini. tc.
Portio quoq; in terravientiū/ quā nos
adire prospero impturbatoq; cursu/ pre
ster summus illa in domo paterfamilias
domin⁹ noster Jesus xps Amen. Finis

Berimo eiusdez de omnibus sanctis.

Exultabunt sancti in gloria.
letabūtur in cubilibus suis
Originaliter psal. cxlii. Let
antib; sanctis et exultatib;
in gloria. Quid superest (odo
ctissimi viri patres et fratres) nisi satagere
talem habere devotionē/ vt eis intercedē
tibus ad eorū ḡuenire mereamur societa
tem. quoniā nō habem⁹ hic ciuitatē ma
nenitē sed futurā inq̄rimus. Q̄ si naturale
est exilib⁹ a patria sua/ q̄ nescio que dul
cedo cūctos allicit sermonē de ea et freqn
ter facere et cupidius audire. nos a tali pa
tria tales exules. nōne multo amplius id
ipm agere natura stimulante cōpellimur
Suspitem⁹ igī ad celestia vt ibi nostra
sint corda vivera sunt gaudia/ vbi ciues
sanctorū habitant et domestici dei/ presta
lantes aduentū nostrū/ et ad adiutorium
promptissimi/ tātūmodo nō obsurdesca
mus vocatib; nō repellam⁹ adiutores
adeamus poti⁹ illuc deuotōis pedib⁹ In
terpellantes in primis te reginā celorū. te

dominā angelorū/ qua aperiente pro no
bis os illud benedictū/ os plenū gratiaz
protinus orabūt sancti/ sancteç omnes
Quibus in ɔmune orātibus/ quo pacto
formidabim⁹ de repulsa? Eya aduocata
nostra/ illd̄ os gloriofissimū p nobis ape
ri ad orāndū/ quēadmodū in hac die so
lennitatis et leticie nostra aperim⁹ ad tesa
lutandū dicentes. Ave gratia plenarē.
Exultabūt sancti in gloria / letabūtur in
cubilibus suis. Vollaudaturi sanctos san
ctas q̄ oīs/ vt et debitus eis honor fiat a
nobis/ ac vicissim sua nos intercessio ad
iūner. vt demū ad iūtandū eos/ sua nos
exempla alacriores efficiat (Iste enī tres
sunt p̄sentis institute celebritatis rōnes)
proponim⁹ verbū prophetici carminis.
Exultabunt sancti in gloria letabūtur in
cubilibus suis. Et quidē ipse ph̄us in
exp̄ientie naturalis schola versatus/ tra
dit in rhetoricis q̄ delectatiōe omnia pro
sequūtur. et gratia ipsius delectari/ appes
cunt delectari. nec semel in hāc cadit sentē
tiam. Nihilomin⁹ idem duas leticie ylde
lectatōis species cōdidit Unā que est stu
diosorū. puram. laudabilem. tranquillā.
diuturnā. Dicest illud q̄ ph̄ia admirabi
les habet delectatōes firmitate et puritate
Alterā dat queā virtuosis vitam pecudiz
elgentibus inq̄ritur. et hec feda/ turpis/
inq̄eta/ brevis/ noctura/ qualis fuit sar
dinapali. Hanc leticiarū varietatē/ los
cis plurimis scriptura sacra nō siluit. Le
tamini inquit iusti in dño/ ecce bonā leti
ciam Audi malā. In maleficis suis letifi
cant regem. Et talia sine numero posuit
sacra scriptura. Duo proportionabilē cu
bilia eadem sacra scriptura cōdistinguit/
prohibēs vñū per os pauli. Non in cubi
libus inq̄et et impudicicijs. Quo plecto
verbo/ lumen ecclesie. Augustinus conser
sus est. Laudat alterā in canticis dicens
In cubilibus et in hortis aromatū. Habz
quippe leticia et exultatio viciosa/ probro
sumytiōsumq; cubiculū. sanctavero san
ctū/ quale notant verba thematis. Exul
tabunt sancti in gloria letabūtur in cubili
bus suis. Poterat fortasse ambiguū esse
de qua leticia de quib; re cubilib; intelli
geret propheta si dixisset. Exultabunt in
gloria/ letabūtur in cubilibus suis. Nūc
autē cum addidit sancti. omnis scrupulus
dubietatis ablatus est. quoniā sanctorū